Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



rabiem praeferat barbarorum quos absq;
lacrimis & gemitu uidere non possumus.
Illam nequondam potentiam & ignorationem
diuitiarum adtantam inopiam peruenisse. ut
tecto & cibo & uestimento indigeat. Et tamen
nequaquam duri quorundam atq; crudeles am
mi molliuntur. dum panniculorum & sarci
nulas discutiunt. aurum incapacitate quaeren
tes. accedit adhanc distandi difficultatem quod
caligantibus oculis senectute. & aliquid sustinen
tibus beati isaac. ad nocturnum lumen nequa
quam ualemus hebraeorum uolumina relege
re. quae & iam adsolis dieq; fulgorem. litte
rarum nobis paruitate caecantur. Sed & gre
corum commentarios. frm tantum uoce cog
noscimus. nullq; dubium qd nisi denubus
commoliti cibi uescentibus nauseam faciant;
Unde obsecro te filia eustochium. ut ista quae
notariorum stilo cudimus & ad quae emendan
da spatium uix habemus. id est septimum in
hiezechielem librum. post inter ualla suscipias.
Aut ante iam dixi si librorum breuitas uel
longitudo inter se fuerit inaequalis. uisionum